







1.

2.

3.

4.

5.

6.



1739.

1. Rotermund, Iacobus Michael: De estimatione rerum ministrorum & necessarium solam causam & magistratus decernenda.
2. Schorckius, Hieronymus Fridericus: De morte secundum statuta Litteraria herede uxoris defunctae mobilis un existente.
3. Strocker, Cens. W. Melius, Fac. jurisprud. rerum: et. . . Dissertationem inq. . . Iam morti Herzogii invitata.
4. Strocker, Cens. W. Melius: De factione familie excommunicatae.
5. Strocker, Cens. W. Melius: De legitima constitutio synticorum.
6. Strocker, Cens. W. Melius: De iuris magistratus illata.

7. Speckler, Cor. Archelius : De mulierum restitutione  
in integrum proprias absentiam reipublicae causa.

8. Witt, Iacobus Michael : De obsessio falsis atque  
veris

1740.

1. Helmels hausen, Georg Franc. Tilman : De archicancellaria  
sacri Romanii imperii

2. Helius, Dr. Andreas : De fidei jussione clericorum  
protestantium pro laicis ..

3. Kieslerus, Iohannes Andreas : De suprema ad Iacobum  
Saxoniam Auerfurthensis appellatione .

4. Keyl, Iohannes Christianus : De iudice non  
indicante .

5. Münchhausen, Carl. Witt. Diversus : Meditationes  
juri naturali methodo mathematicorum prolatae

6. Schorck, Hieron. Fredericus; Facult. iuris dicte decanus:

1. b. s. f ad disputationem in my (Joh. Christian. Keylis) ...  
- - - invitat.

7. Streeker, Con. W. Wilhelmus, Fac. iuris dicte decanus:

- - - et . . . dissertationem inaugusalem (Iannus  
And. Kelleri dist. Relic). - - invitat.

8. Streeker, Con. W. Wilhelmus; Fac. iuris dicte decanus

et - - - dissertationem in my (Iannus Andreas  
Kelleri). - - invitato.

9. Streeker, Conr. W. Wilhelmus: De fine mortuorum

10. Streeker, Conr. W. Wilhelmus: De iure praetorio  
cum inventario und Recylabz sub hacta empte.

11. Weismantel, Jo. Tolius: De exceptione non ad im-  
peditas contractas.

1741.12 Bruehner

1. Burcher, Andreas: Burcklii inq. medicis, medicis  
medicinam medicamentorum seu carthar. circa usum  
remediorum observando.
2. Gordon, Andreas: Utrum duellum sit legitimum?
3. Schreber, Hieronymus Fridericus, Fac. iur. Medic. Recens.:  
1. b. s. f. et dispensationem inang. Franci Gallibii Haerici  
instat?
4. Schreberius, Hieronymus Fridericus: Ita est quatenus  
acceptatio necessaria sit in donationibus.
5. Haer., Janus Gottlieb: D. privilegio metallicorum

1739, 3  
3

FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
**CONR. WILHELMUS**  
**Htredfer, JCtus,**  
PRÆFATÆ FACVLTATIS ET JVDICII  
ELECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
FESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD  
AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM  
*ad L. Origo, 1. ff. de contrah. empt. vendit.*

E T  
DISSSERTATIONEM INAUGURALEM  
*AD DIEM XVII. MARTII, M DCC XXXIX.*  
LECTOREM BENEVOLVM  
PERHUMANITER INVITAT.

---

ERFORDIAE,  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.



FACULTATIS IMPERICIAE

DEGENS

COR. ALTHEIMUS

SCHOLASTICUS

TRIPLATE FACULTATIS ET IUDICII  
HISTORIARUM PROVINCIARUM AUSTRIENSIS, TURC  
TERRORIS GOUVERNEMENTI OBLITERARIJ, &c.

ALTISSIMUM CIRCOLE INSTRUMENTA

PRIMERIUS

AD

ADIDINAM MENTIONEM CATEGORIAM

DISSEPTIONIUM INVAHERILLI

LICENCIATI INNEAVIT

JOHANNES CRISTOCOMON MUNICIPI  
URBIS HEDD



Atissimè quandam patebat Emptio-Venditio,  
atque omnes omnino contractus, quibus re-  
rum dominia transferebantur, ambitu suo  
complectebatur L. 19. §. 5. ff. de Edilit. Edict.  
Temporibus autem subsequentibus ad angu-  
stiores coarctata terminos ad illam tantum  
conventionis speciem, ubi merx & pretium inter se com-  
mutantur, fuit contracta L. 1. §. 1. ff. de contrab. empt. Ita  
tamen, ut quandoque promiscè sumatur Emptio & Venditio,  
& uno tantum nomine posito, totus contractus, totum  
que negotiorum intelligatur L. 2. pr. ff. de contrab. empt. non  
quidem vi & virtute vocabuli, quia aliud est vendere, aliud  
emere cit. l. 1. §. 1. Venditio peragit ex parte illius, qui  
dat mercem, Emptio ex parte alterius, qui solvit pretium;  
sed vi & virtute connexionis & relationis, quoniam Venditio  
non potest ab emptione separari, nec una consistere si-  
ne altera. Hic famosissimus non minus, quam frequentissi-  
mus contractus humano generi quidem coævus non est,  
cum primitus Gentes commercia sua inter se solummodo  
rem cum re permutando celebraverint d. L. 1. pr. Sed pe-  
detentim, utilitate id efflagitante propter difficultatem mer-  
cium transportandarum, ab una gente originaliter adinven-  
tus inter plures fuit receptus. HARPPRECHT. ad pr. Inst. de  
empt.

empt. vendit. n. 7. & seqq. ita ut hodie in universo ferè terræ  
rum orbe gentes etiam inter barbaras frequentetur, & cui-  
libet in regula, qui contrahendo se obligare possunt, emere-  
vendere liccat. Excipiuntur quidem de jure Canonico Cle-  
rici & Religiosi, non tamen simpliciter quoad res necessa-  
rias & utiles, sed tantum secundum quid, si felicet Emptio-  
nem-Venditionem questuosam & negotiosam, qua solius  
lucri gratia, vel in Laicorum, onera, a quibus illi exempti-  
sunt, supportantium præjudicium res quædam mercatu-  
ram vel Professionem proficitentium instar emitur vel vendi-  
tur, instituere vel exercere velint; dedecet namque condi-  
tionem & dignitatem Clericorum & Religiosorum negotia-  
tionibus secularibus fœtus immiscere, ac animos à divinis &  
sanctioribus occupationibus abstrahere. Utrum vero Per-  
sonæ Ecclesiasticae à subditis secularibus bona immobilia  
emendo sibi comparare ac appropriare, & sic ad manus, ut  
ajunt, mortuas transferre queant? non levis est Civilistas  
inter & Canonistas controversia. Hi turmatim reclamat.  
RANBECK, in panoplia Immunitat. Ecclesiast. disp. 2. C. 7: coroll. 6.  
PIRHING, ad tit. de conf. Sect. 2. §. 2. & passim alii funda-  
menta se in Cap. fin. de Immunitat. Eccles. in bto. & in variis ra-  
tionibus, præsertim, quia libertas contrahendi, quam habe-  
rent Clerici & persona Ecclesiastica ex jure Naturali, Divi-  
no & humano, non posset iisdem à seculari potestate re-  
stringi vel adimi, alioquin permulta Collegia, Monasteria  
& Ecclesiæ, quibus immobilia bona vi, bello, incendio, alio-  
que inexorabili casu essent adempta, media ad sui conser-  
vationem & restaurationem necessaria non haberent, peti-  
tio dispensationis in statuto contrario, incertâ penitus cym-  
bâ, speque dubiâ fluctuaret, nihil dicendo, quod si casus ne-  
cessitatis ingrueret, ac laicorum facultates ærario publico  
non sufficerent, etiam Ecclesie ex suis immobilibus contri-  
buere tenerentur. Contrarii sunt illi nempe Civilistæ ex-  
eo, quod ejusmodi statuta acquisitionem bonorum immo-  
bilium Personis Ecclesiasticis, collegiis, monasteriis inhiben-  
tia & plurimis in locis vigentia privilegium & immunitatem  
Ecclesiasticam minimè laderent, cum non directè contra  
Eccl.

Ecclesiam aut personas Ecclesiasticas, nec super rebus Ecclesiasticis essent concepta, sed profanis tantum, & quidem in bonum publicum; tum ne crebra & perpetua facultate acquitendi jurisdictione laicorum minueretur, cum manum mutantia in alterius generis jurisdictionem, Ecclesiasticae scilicet, transirent & eximerentur à vectigalium & similiūm impositionum onere in gravamen Laicorum. GAIL. 2. O. 32.  
n. 5. WAMES. Conf. 432. n. 3. Sufficiat hisce utriusque sententiae fundamenta principaliora retulisse, neutram modum, ne hinc vel illinc offendam incurramus, nostram faciamus. Quondam etiam in jure civili Personis illustribus & natum vel honorum luce conspicuis mercatura fuit interdicta L. 3. C. de comm. & mercat. item Rectores & Praesides Provinciarum atque Administratores ex officio, quod administrabant, prædia comparare & aliquid emere non poterant, L. 62. pr. ff. de contrab. empt. L. 46. ff. cod. Sed consuetudo ejusmodi prohibitionibus vim & effectum plerisque in locis minuit aut planè ademit. STRYCK. U. M. ff. tit. de contrab. empt. §. 2. adeò ut hodie cuilibet etiam potentioribus liberum sit rem emere vel vendere; Ad vendendum tamen in regula nemo compellitur, nisi urgeat necessitas, puta, si caritas annonarum vexet rem publicam, quo casu Dardanarii ad frumentum justo pretio vendendum compelluntur. Vel suadeat utilitas publica, ex qua pro construenda curia vel domo annonaria, munienda civitate, erigendo fortalitio privati ad vendenda prædia coguntur: Vel casus pietatis aut religionis id exigat, cuius favore quis adigi potest, ut fundum pro adificatione Monasterii aut Ecclesie distrahat arg. L. 12. in pr. L. 43. in fin. ff. de relig. aut sumpt. funer. Vel casus privilegii extet, quo nonnullis civitatibus jus stipulae concessum est, ratione cuius merces illuc delatae ad tempus venum exponi debent, à pluribus plures enumerantur causas, quos occasione L. 1. ff. de contrab. empt. loco Lectionis cursoria sibi electæ publice ex cathedra recensebit & materiam emptionis venditionis fuisse pertractabit

NOBILIS ET CLARISSIMVS  
DOMINVS  
JOANNES ERNESTVS HER-  
ZOGIVS,

Qui natus est anno 1715. mens. Octobr Zittaviae, in urbe quadam Lusatiae superioris. Matre, MARIA ELISABETHA ex stemmate Kremsiriano, anno 1722, pie defuncta, Patrem adhuc in vivis veneratur Virum Nobilissimum & Consultissimum ERNESTVM GOTTHELFF HERZOGIVM Doctorem Iuris, & pro tempore Zittaviae Consulem meritissimum. Prima rudimenta religionis & reliquarum scientiarum, parentibus jubentibus, eum docuerunt praecatores domestici, & alii, qui dicuntur privati. Anno 1732. in Gymnasium, quod Zittavia floret, introductus, & GODOFR. POLYCARP. MÜLLERI, tunc temporis Directoris traditus fuit inspectioni, a cuius ore per duos annos & dimidium pependit, eaque omnia, que ad liberalium artium & linguarum studia faciunt, ex ejus & SAM. FRIDERIC. BUCHERI Correct. ore hausit. Ultimum vale & illis, & patriæ dixit anno 1734. mens. Octobr. & in Academiam Viadrinam sese contulit. Audivit ibi HOPFMANNVM, Consiliarium Regiae Maj. Borruſs. intimum, quem sibi parentis loco fuisse, & non solum publicis, sed & privatissimis illum Jurisprudentiae dogmatibus instruere haud designatum fuisse refert. Non minus FLEISCHERI, qui sua Majestati Borruſs. a consiliis aulicis est, frequen- tavit collegia, que tradidit ad Struvii Jurisprudentiam Roman. Germanicam, & Heinecii Pandectaras nec non ad propria sua, que edidit juris naturae principia. His adjunxit Trierum, Consiliarium aulicum, quem ad Ludovici Doctri- nain Pandectarum audivit. Plurimum tamen se debere fate- tur Magnifico viro, D. HOPFMANNO, qui nunc Wittebergæ munere Professoris historiarum publici fungitur, tunc vero temporis eum Francosurti ad viadrum solidissima sua erudi- tione

tione atque integritate maximum sibi conciliasse famam, omniumque amorem, haud longius tamen ad pedes hominum Virorum Excellentissimorum sedere ei licuisse, quam per unum annum, & dimidium asserit. Anno enim 1736 circa Festum Paschatis Wittebergam se conferre ratio conditionis suæ ipsi suscit. Audivit ibi præter LEYSERVUM celeberrimum, Confiliarium aulicum Regiae Majestatis Polon. cuius collegia ad Ludovici Doct. & Stryckii examen juris feudalis frequentavit, & Excellentissimum CRELIVM, cuius doctrina ad textum Institutionum Justinianearum & Jus naturæ usus est, SPECHTIVM, Virum, qui sibi haud exiguum sua eruditione jam, jam acquisivit famam, de quo adhuc testatur, quod in expeditandis instructionibus atque doctrinis candidissimum se se præstiterit virum. Tandem, uno anno Wittebergæ peracto, Lipsiam profectus est anno 1737: circa Festum Paschatos, ibique collegia Dnn. RIVINI ad Ludovicum, D. HOMMELII ad Institutiones Jur. criminal. Dn. GÄRTNERI, MASCOVII celeberrimi ad historiam S. I. Röm. ac Jus publicum, & D. Thomas ad Schilteri Institutiones Jur. Canonici, Baueri ad Griebner. principia processus frequentavit, & studiis suis academicis coronidem impoluit, quod idem uno contigit anno. Antequam vero patriam repeteret, Wittebergæ pro praxi examinatus fuit, & Disputationem sub praesidio supra dicti Dn. D. SPECHTII defendit. His itaque omnibus absolutus in patriam anno 1738, reversus in numerum Advocatorum receptus fuit, & per unum annum ea omnia, quæ in Academiis Jura edidicit, felicibus auspiciis ad praxim applicavit. Nunc nostram perantiquam salutavit Universitatem, ac ab Ordine nostro ad Examen Candidatorum ut admitteretur, obnoxie petuit. Petitioni honestæ annuere non dubitavimus, textus que ex utroque jure elaborandos communicavimus, quos promptè resolvit, & in ipso Examine rigoroso ad quæstiones propositas adeo doctè respondit, ut unanimi consensu supremâ Doctoratus laureâ dignus judicatus fuerit. Proinde lectionem cursoriam ad præcitat. L. 1. ff. de contrah. empt. eaque finita Dissertationem inauguralem

DE



DE  
MARITO SECUNDVM STA-  
TVTA ZITTAVIENSIA HEREDE VXO-  
RIS DEFVNCTÆ MOBILIARI NON  
EXISTENTE

habebit. Quibus Actibus solennibus , ut Magnificus Uni-  
versitatis Rector , Domini Proceres & Cives Academicci in-  
teresse velint , ea , qua par est , humanitate invitantur , ro-  
gantur . Publ. sub Sigillo Facult. Jurid. d. 15. Martii A.  
M DCC XXXIX.



**ULB Halle**  
005 361 192

3



vD 18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

FarbKarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

1739, 3  
3  
**FACVLTATIS JVRIDICÆ**  
**DECANVS,**  
**CONR. WILHELMUS**  
**Streder, JCtus,**  
RAEFATÆ FACVLTATIS ET JVDICII  
LECTORALIS PROVINCIALIS ASSESSOR, PRO-  
ESSOR COD. PVBLICVS ORDINARIVS, CI-  
VITATIS SYNDICVS ET CONSVL  
PRIMARIVS,

AD  
**AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM**  
*ad L. Origo, i. ff. de contrab. empt. vendit.*  
ET  
**DISSERTATIONEM INAUGURALEM**  
*AD DIEM XVII. MARTII, MDCCXXXIX.*  
**LECTOREM BENEVOLVM**  
PERHUMANITER INVITAT.

---

**ERFORDIAE,**  
Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,  
Acad. Typogr.